



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Quæ omnia ad praxim vtriusque fori, interioris scilicet, & exterioris, & ad
iurisdictionis explicationem exigenda continet

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopvs Qvos Beneficiarios ad Fidei professionem in suis manibus
faciendam cogere possit. Allegatio LXI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98639](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98639)

ſecundo quaeritur, verſicul. ſecunda aſſertio, Iacob. de Graſſiis in aureis deciſ. par. 1. libro ſecundo capit. 99. numero ſecundo. Flamin. de reſignat. lib. 10. quaſt. 11. numero 36. Aloyſ. Ricci. in collect. deciſ. par. 4. collect. 931. vgoſin. d. capit. 50. §. 13. numero ſecundo. Azori inſtitut. moral. par. 2. lib. 6. capit. 15. quaſt. 1. Rebello de obligation. inſtit. par. 1. libro tertio quaſt. 4. Valeri. Reginald. in praxi fori pœnit. d. tract. 3. numero 195. Campan. in diuerſ. iuris Canon. rub. 6. capit. 3. numero 32. & rub. 7. capit. 6. numero ſeptuageſimo, omnium latiffime muſtis Sacra Scriptura, & vtriuſque iuris auctoriſtatibus Alexand. Raudenſ. deciſ. 34. a numero ſeptuageſimo octauo.

98 Nulla tamen contrahitur reſtituendi obligatio digniori prætermiſſo, ſi nullum iuſtitia ius per oppoſitionem, aut aliquem legitimum titulum, acquiſierit, quoad beneficium, cathedram, officiumque publicum, ita Rebello d. lib. 3. quaſt. 3. quem refert Campan. diſt. num. 70. verſic. Caterum, vel ſi beneficium non debetur digniori ex aliquo ſtatuto vel lege, Stephan. Gratian. deciſ. 97.

99 Obligatio hæc conferendi beneficia ſub mortali dignioribus, intelligitur de poſſibilibus haberi in diœceſi: hi enim de quibus conſtat, quod inibi haberi non poſſunt extra latitudinem eligibilium computandi ſunt ex Caietan. ad D. Thom. diſt. quaſt. 63. artic. 2. verſic. ſim. non enim tenetur perquirere totum mundum, vt meliores habeat, cui conferat, quia excuſaretur conferendo bonis in diœceſi exiſtentibus, quique facile & in promptu haberi poſſunt, vt poſt Cuiet. tradit Mich. Salon. in tract. de iuſtit. quaſt. 63. artic. 2. controu. 3. verſ. tertio certum eſt.

100 Sic etiam vbi conferitur beneficium digno omiſſo digniori cum exiguitate damni, ideſt, ſi dignioris maior idoneitas, parum excedat idoneitatem minus digni, non committitur peccatum mortiferum, ita Nauarr. d. miſcel. 43. verſicul. ſubſtit. tertio. Gregor. de Valentia d. diſputat. 5. quaſt. 7. puncto 2. §. ſecundo quaeritur, verſus ſim. Etiamſi excuſus eſſet alterius conſiderationis ſi electio non eſſet ad munus magni momenti, Salon. d. artic. 2. controu. 3. verſ. his poſitis, & ibi Banneſ. verſ. ſit prima.

101 Quare Episcopopus attente debet rimari qualitates oppoſitorum, vt dignioribus beneficia poſſit conferre, quod vt percipiat ſciendum præferri graduatum in aliqua ſcientia, Caputaquell. deciſ. 277. par. 1. Putean. deciſ. 200. libro tertio. Deinde magis litteratum Rot. Romana apud Farin. deciſ. 677. in nouiſſ. & maiori habilitate præditum, veluti prudentia, integritate, & maturioritate, Rot. Roman. apud Farin. deciſ. 618. quando vero in aliquo concurrunt pietatis, miſericordiae, vel vtilitatis publicæ argumenta promouendus, etiam minus dignus præfertur Valerian. Reginald. d. lib. 39. tract. 3. numero 200.

102 Sic etiam minus doctus, modo idoneus, cuius mores ſunt noti, & approbati, præfertur doctiori, cuius vita ignoratur, referunt deciſum Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloſſ. 4. numero 112. praxis noua Episcop. diſt. capit. 5. numero 19. Nicol. Garcia part. 9. capit. 2. numero 11. Aloyſ. Ricci. in praxi fori eccleſiaſt. deciſ. 425. in prima edit. & reſolut. 362. num. 1. in ſecunda edit. Denique poteſt eligi dignus de ciuitate, vel gremio Eccleſiæ, poſt habito digniore extraneo, iuxta capit. nullus, diſtinct. 61. Vinian. in praxi iuriſpatron. par. 2. libro ſexto capit. 6. Zechi. de beneficio. capit. 12. numero 36. praxis noua Episcop. d. capit.

5. numero 19. vgoſin. d. capit. 50. §. 8. numero 4.

103 Item qui nullum obtinet beneficium præferri debet in concuſſu obtinenti, vt tenuit Rota in vna Calagurritana beneficij 20. Februarij 1587. coram Illuſtriſſ. Seraphino, & eſt inter eius deciſiones impreſſas deciſ. 768. vbi etiam, quod ille dicitur magis idoneus in pari concuſſu, qui diſpenſatione non indiget. Et dignior iudicari debet, qui eſt magis vtilis, & aptus ad beneficium, cui præfici- tur Conar. in reg. peccatum, par. 2. §. 7. numero 4. ad med. verſic. dignior vero, Aloyſ. Ricci. in praxi aurea, reſolut. 348. Rota in vna Beneuentan. Parochialis 13. Iunij 1590. coram R. P. D. Orano, vbi fuit dictum, quod ex duobus approbatis ab examinatore pro æque idoneis, electio vnus facta per Episcopum fuit iudicata legitima, quamuis non eſſet Doctor, vel Sacerdos, nec pauper ſicut alter, quia huiusmodi qualitates, quamuis ſint conſiderabiles, tamen non faciunt digniorem pro gubernanda Parochia, cum vltra doctriam, ſunt maioris conſiderationis mores, & aptitudo ad munus iniunctum.

104 Penſatis his omnibus, alijsque per Doctores ſupra citatos adductis, Episcopopus cum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, vt verbis vtr Conſilij, ab eius tamen iudicio, ſeu electione, ſi dignior reiectus fuerit, admittitur appellatio vgoſin. diſt. capit. 50. §. 13. numero primo. Campan. in diuerſo iuris Canon. rub. 7. capit. 6. numero 75. vbi etiam dicit, quod hoc calu ſuperior ſi per examen digniorem inuenit appellentem, prouiſionem caſſabit, & poteſt appellans præelectum prouocare ad nouum examen, etſi ipſe in eo magis idoneus repertus fuerit, reuocata prima electione ipſe Parochialem obtrinebit, vt fuit per Rotam reſolutum in vna Detruſen. Parochialis 18. Decembris 1581. coram D. Giſſo, cuius teſtis mihi eſt Aloyſ. Ricci. in dicta praxi deciſ. 426. in prima edit. & reſolutio 373. in ſecunda edit. qui numero ſecundo, intelligit, & declarat, vt procedat quando electio, ſeu iudicium Episcop. eſſet irrationabile, quod ita per Conſtitut. 247. relatum ſupra in principio, huius Allegat. tenuit Rota in vna Rauennaten. Parochialis 2. Decembris 1592. coram Illuſtriſſ. Aragonio, de qua irrationabilitate & dolo Episcop. liquido, & euidenter conſtare debet, cum d. Conſtit. conditionaliter loquatur, ibi, conſilio de prioris eligentis irrationabili iudicio, Gonzal. 2. gloſſ. 4. num. 139. & tenuit Rota in vna Pampilonen. beneficij 17. Maij 1577. coram Illuſtriſſimo Blanchetto, & iterum in vna nullius Parochialis concuſſus 4. Octobris 1600. coram Illuſtriſſ. Ludouiſio, nunc Sanctiſſ. D. N. Gregorio XV. facta enim electione per Episcopum eſt interpretatio facienda ad fauorem Episcop. quod omnia conſiderauerit, & magis idoneum arbitrio ſuo elegerit, ex citatis per Gonzal. diſt. gloſſ. 4. a numero 132.

S V M M A R I V M.

1 Profeſſio Fidei facienda eſt a prouiſis de beneficijs quibuſcunque curam animarum habentibus, in manibus Episcop. vel eo impedito coram generali eius Vicario, vltra quam quod prouiſo de dignitatibus, & Cameracibus in Eccleſiis Cathedralibus, tenentur etiam eam emittere in Capitulo.

2 Profeſſionis Fidei forma vbi referatur, oſtenditur.

- 3 Professio Fidei qui teneantur emittere.
- 4 Professio Fidei faciendā est a promouendis ad Episcopatum.
- 5 Canonici exempti coram Episcopo, & Capitula Fidei professionem intra duos menses emittere tenentur.
- 6 Canonici Regulares Ecclesiarum Cathedralium intra duos menses a die electionis deobligantur Fidei professionem emittere.
- 7 Prelati Regulares intra duos menses ab adepta possessione suae praefecturae, tenentur Fidei professionem facere.
- 8 Professionem Fidei denuo deobligantur emittere, qui in adeptione alterius beneficii simili eam iam emisserunt.
- 9 Professionem Fidei emittere tenetur, qui denuo consequitur Parochialem dignitatem, vel praebendam, quam antea habuerat, & dimisit.
- 10 Approbatus, & idoneus iudicatus ad Parochiam, est denuo examinandus si ad aliam admitti procurat.
- 11 Approbatus semel non est amplius examinandus in beneficiis simplicibus.
- 12 Commendatarij, quando sunt veri beneficiati, tenentur emittere Fidei professionem.
- 13 Coadiutores, etiam perpetui, & cum futura successione, non tenentur nisi cum factus fuerit successioni locus, Fidei professionem emittere.
- 14 Coadiutor post mortem coadiuti sit verus Canonicus, & tunc ei est assignanda vltima sedes.
- 15 Professionem Fidei non tenentur emittere Canonici, & dignitates Collegiarum Ecclesiarum.
- 16 Professio Fidei coram Vicario generali, etiam Episcopo non impedito, fieri potest.
- 17 Professionem Fidei possunt facere prouisi de dignitatibus, vel Canonicatibus Cathedralium in Capitulo praesente Episcopo, seu eius Vicario, qui forte est Canonicus, ita vt eam iterum non cogantur foris coram eodem emittere.
- 18 Professio Fidei Sede Episcopali vacante non sufficit fieri coram Capitulo, sed coram eius Vicario.
- 19 Professionem Fidei per procuratorem fieri non posse declarauit Sacra Congregatio & num. 21. quid attento iure sit resoluendum.
- 20 Professio Fidei emissu creditur, quando collatio beneficii est decemalis.
- 21 Professionem Fidei omittentes facere intra duos menses a die adepta possessionis fructus suos non faciunt, nec illis suffragatur possessio.
- 22 Professio Fidei post dictos duos menses facta, ad fructus temporis praeteriti post lapsum duorum mensium querendos prouisi non suffragatur.
- 23 Capitulum non potest habere pro praesentibus dignitates, vel Canonicos, qui nunquam in Ecclesia residerunt, & Fidei professionem nondum emisserunt.
- 24 Terminus duorum mensium datus ad faciendam Fidei professionem, non currit prouiso, qui non accepit possessionem, quamuis per eum fieri quominus illam accipiat.
- 25 Declaratur Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 12. ibi, nec illis possessio suffragatur.
- 26 Regula de animalium tucri non potest ad fructus retinendos Fidei professionem non emittentes, nec longissima possessio illis prodest quoad dictos fructus percipiendos.
- 27 Professionem Fidei non emittentes intra duos menses, ita fructus suos non faciunt, vt in conscientia teneantur illos restituere, etiam non interueniente ali-

qua sententia.

29 Professionem Fidei per ignorantiam, seu inaduertentiam intra duos menses non facientes quamuis in foro exteriori non excusentur, in foro tamen conscientiae non obligantur ad restitutionem.

30 Distributiones quotidianas suas faciunt prouisi quamuis Fidei professionem non emisserint.

31 Fructus amissi ob non factam Fidei professionem sunt impendendi, vel in usus pauperum, vel in fabricam Ecclesiae.

32 Fructus amissi ob non factam Fidei professionem Ordinarius condonare non potest.

EPISCOPVS QVOS Beneficiarios ad Fidei professionem in suis manibus faciendam cogere possit.

ALLEGATIO LXI.

- 1 Prouisi de beneficijs quibuscunque curam Animarum habentibus in manibus Episcopi, vel eo impedito, coram generali eius Vicario, seu Officiali, tenentur a die adepta possessionis ad minus intra duos menses Orthodoxae suae Fidei publicam facere possessionem, & in Romanae Ecclesiae obedientia se permanentes spondere, ac iurare. Prouisi autem de Canonicatibus, & dignitatibus in Ecclesijs Cathedralibus, non solum coram Episcopo, seu eius officiali, sed etiam in Capitulo idem facere tenentur, alioquin praedicti omnes fructus non faciunt suos, nec illis possessio suffragatur ex decreto Concilij Tridentini sessione 24. de reformat. cap. 12. versicul. Prouisi etiam de cuius intellectu & materia vide Frat. Emman. in summ. tomo primo, cap. 19. numero septimo. Petr. de Iudic. in summ. par. 2. tract. 1. cap. 4. conclus. 10. Flamin. de resignation. lib. 8. quaest. 9. a numero 121. & lib. 10. quaest. 9. praxi Episcopali. par. 2. verbo Fidei professio, altera praxis noua par. 2. cap. 5. num. 26. Sayr. in floribus decisi. sub titul. de summa Trinitate decisi. 1. cum seqq. Alex. Ricci. in collect. decisi. par. 3. collect. 579. & in decisionibus Curiae Archiepiscop. Neapolit. par. 1. decisi. 220. num. 2. Azori institut. moral. par. 2. libro 7. cap. 2. Nicol. Garcia de benefice. par. 3. cap. 3. Regolin. de officio, & potest. Episcopi cap. 50 § 16. sanchi. in praecepta decalogi lib. 2. cap. 5. Quaranta in summ. bularij verbo Fidei professio.
- 2 Formam autem dictae professionis faciendae ordinauit Pius Quartus, quam referunt praxis noua Episcop. dist. cap. 5. num. 25. pagina 341. & Quaranta dicto verbo Fidei professio, Franc. Leo in thesauro fori ecclesiast. par. 2. cap. 10. numero 23. Et illam tenentur emittere quicunque de monasterijs, conuentibus, domibus, & alijs quibuscunque locis Regularium quorumcunque Ordinum, etiam Militarium, quocunque nomine, vel titulo prouisi fuerint: item & promouendi ad Doctoratum, vel alium gradum, & professores, vel lectores alicuius scientiae, vel Artis liberalis in quibusuis studiorum generalium Vniuersitatibus, aut gymnasijs publicis, iuxta constitut. 112. eiusdem Pij Quarti incip. Inianctum, dat. 1. idibus Nouembrij millesimo quingentesimo sexagesimo quarto quam relect Qu-

ranta ubi proxime, & dicunt Galett. verbo profiteri 1. Nicol. Garcia d. capit. 3. numero 4.

4 Promouendi etiam ad Episcopatum professio- nem de Fide facere tenentur, vt iubetur à Grego- rio Decimo quarto in Bulla incip. *Onus Apostolica ser- uitutis*, & refert *Ygol. de potestate Episcopi. cap. 1. §. 3.* forma autem huius iuramenti traditur in Ponti- ficali Romano *Clement. VIII.* iussu edito fol. 79. & à Francisco Leon. d. cap. 10. num. 15.

5 Primo amplia, vt obligentur pariter Canoni- ci exempti coram Episcopo, & Capitulo hanc Fi- dei professionem facere intra duos menses, ita *Nauarr. conf. 9. de iureiuran. in nouis, Petr. de Ledesma dict. capit. 4. post conclus. 10. difficult. §. Sayr. sub dicto titul. de summa Trinit. decis. 1. Aloys. Ricci. d. collect. 579. ampl. 1. Ygol. dict. §. 16. numero 2. Sanchez. d. capit. 5. numero 2. & censuisse Sacram Congregat. refert Nicol. Garcia d. cap. 3. num. 21.*

6 Secundo amplia, vt etiam obligentur Cano- nici Regulares Ecclesiarum Cathedralium, & computandi sunt duo menses à die electionis, vel à quo admittuntur ad participationem massæ capitularis, refert *decisum Nicol. Garcia d. capit. 3. numero 16.*

7 Tertio amplia in Prælati Regularibus, qui eandem Fidei professionem intra duos menses ab adeptâ possessione lux præfecturæ facere tenen- tur per extensionem *Pij Quarti in sua Bulla supra relata Emman. sa, verbo Fides, in fine, Frat. Em- man. in summ. tom. 1. capit. 110. numero septimo, & quest. regular. tom. 2. quest. 72. artic. 1. Nauarr. conf. 2. de summa Trinitate, aliàs conf. 10. de iureiuran. in nouis, Sayr. sub eodem titul. de summa Trinitat. decis. 2. Ygol. d. §. 16. numero 17. sanch. d. capit. 5. num. 3. Flamin. d. quest. 9. numero 2.*

8 Quarto amplia, vt etiam obligentur denuo emittere professionem Fidei illi, cui in adeptio- ne alterius beneficii similis eam iam emisissent, tenent *Ygol. d. paragraph. 16. in princip. Azori d. par. 2. libro septimo capit. 2. quest. 8. Campan. in diuer- sorio iuris Canon. rubr. 8. capit. 3. numero vigesimo, & ita declarasse Sacram Congregat. testatur Nicol. Garcia d. capit. 3. numero 17. & 38. quamuis Azori d. quest. 8. quem videtur sequi Sanchez. dict. capit. 5. numero sexto, nihil resoluens dicat quosdam exi- stimare id locum habere in his, qui dimissa priori Ecclesia, posteriorem obtinent in diuersis diocæ- sibus, oppidis, vel locis: non tamen in his, qui secundum beneficium in eadem Ecclesia, in qua erat primum, accipiunt, quia, vt inquit *Ygol. ubi proxime*, Concilium Tridentinum simpliciter iubet, vt professionem faciat, & non distinguit an antea fecerit, ergo nec nos distinguere debe- mus iuxta reg. l. de pretio, ff. de public. in rem actione, cum citatis in libello de principijs vtriusque iuris, litteræ L. numero 28.*

9 Sic etiam tenebitur iterum prædictam Fidei professionem emittere, qui denuo adipiscitur pa- rochiale, dignitatem, vel præbendam, quam antea habuerat, & dimisit: quia sicut professio antea facta in alia actione, seu prouisione non iu- uat ad sequentem, vt dictum est, ita etiam pro- fessio subsequens in alia actione, seu prouisione, non supplet defectum professionis, aliàs commis- sum, quicquid velit Sanchez. dict. numero sexto, di- cens, quod si dictam Fidei professionem iam emi- serunt alio titulo, vt Doctoratus, quamuis im- memores obligationis illius facultatis ratione be-

neficij antea adepti, satis erit, nec tenebuntur eam iterare, quia menti Tridentini satis factum est, quod quidem non est verum: nam professus in vna religione, si ad alteram migret inibi rursus profiteri compellitur, *Nauarr. consil. 60. incip. An monachus, sub titulo de regularibus, Sorb. in compen- dio Mendicant. verbo Nouitius, vers. sed aduertendum, & aperte probat Constitut. Pij Quinti, incip. Postquam diuina bonitas, vers. quodque omnes.*

10 Sic denuo approbatus, & idoneus dijudica- tus ad Parochiam, est denuo examinandus, si ad aliam admitti procuret *Campan. in diuers. iuris Cam- pnic. rub. 5. capit. 3. numero 8.*

11 Regula enim quod semel approbatus non sit amplius examinandus, de qua in capit. accepimus, de etate & qual. vendicat sibi locum in beneficijs simplicibus, *Caputaq. decis. 367. seu 5. præsentatus, p. 2. Aloys. Ricci. in praxi fori eccles. decis. 419. in l. edit. & resolut. 356. in 2. edit.*

12 Quinto amplia in Commendatarijs aliqua- rum Ecclesiarum factis non ad earum, sed ipso- rum vtilitatem, cum facultate disponendi de fru- ctibus, sicut veri beneficiati, cum enim sic eorum commendæ censentur habere vim & effectum ti- tuli, vt declarat Nicol. Garcia de benef. p. 4. à nu- mero 20. ideo tenentur huiusmodi professionem emittere, & ita est accipiendus *Fusc. de visitat. lib. 2. capit. 9. numero 14.*

13 Limita primo in coadiutoribus Canonicorum, seu dignitatum, hi enim etiam perpetui, & cum futura successione, non tenentur, nisi cum factus fuerit successioni locus, hanc Fidei professionem emittere, quia coadiutor durante coadiutoria non est in possessione canonicatus, sed coadiuto- riæ, vt ex Cota, & Perall. dicit Nicol. Garcia de bene- fic. p. 4. capit. 5. numero 76.

14 Et ideo post mortem coadiuti sit verus cano- nicus, & tunc ei est assignanda vltima sedes, ita vt cum præcedant Canonici ingressi etiam duran- te eius coadiutoria, & post eius receptionem, *Gan- zal. ad reg. 8. Cancellar. gloss. 5. §. 9. num. 110. Nicol. Garcia d. capit. 5. numero 74.*

15 Limita etiam in Canonicis & Dignitatibus Ecclesiarum collegatarum, quia *Concil. d. loci*, solum agit de prouisiis de canonicatibus, & digni- tatibus in Ecclesijs Cathedralibus, & de benefi- cijs Curatis, ita decisum per 5. Congregat. refert Nicol. Garcia d. capit. 3. numero decimo tertio, contra praxim Episcop. p. 1. verbo beneficium paragraph. 5. di- cto quarto, & *Ygol. d. §. 16. numero tertio*, dum te- net hic vltimo loco citatus, quod prouisi de bene- ficij simplicibus eandem professionem facere de- bent, esto animarum curam non habeant: nam & qui canonicatum adepti sunt eam facere tenen- tur, qui nec animarum curam gerunt, ergo idem & hi ob eandem rationem, argument. capit. cum dilecta, de confirmat. vtili, & ex Concilij Tridentini sess. 25. de reformat. capit. 2. versic. ceteri vero, quod generaliter de omnibus beneficijs loquitur: sed locus ille Concilij Tridentini, id minimè probat, quia non loquitur de huiusmodi professione, sed de facienda in prima synodo, vt ipse *Ygol. ait nu- mero sexto*. Nec verum est esse eandem rationem in Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, & alijs benefi- ciatis, imo est longè diuersa ratio, propter ex- cellentiam & præminentiam dictorum cano- nicorum. Similiter etiam in alium errorem lapsus est idem *Ygol. d. paragraph. 16. numero 2.*

dum ait quod etsi Canonici Ecclesie Collegiate non teneantur professionem facere Fidei in Capitulo, eam tamen facere debent coram Episcopo, vel eius officiali, quod re vera est sine fundamento, & nullibi reperitur dispositum.

16 In manibus ipsius Episcopi, vel eo impedito, coram generali eius Vicario, seu officiali, Fidei professionem esse faciendam decreuit *s. Concilium Tridentinum d. capit. 12.* Cui decreto satisfieri potest faciendo professionem coram Vicario, etiam Episcopo non impedito, nam illa verba solum ponuntur ad admonitionem, & denotandum convenientius esse eam facere coram ipso Episcopo cessante impedimento, ita *Nicol. Garcia d. p. 3. capit. 3. numero 23.* ubi refert ita esse accipienda verba alia eiusdem *s. Concil. sess. 24. de reformat. capit. 18. versic. transacto.* ibi, ab Episcopo, siue eo impedito, ab eius Vicario generali.

17 Item predicto decreto satisfaciunt prouisi de dignitatibus, vel Canonicatibus Ecclesie Cathedralis, qui Fidei professionem fecerint in Capitulo praesente Episcopo, seu eius Vicario, qui forte est Canonicus, ita ut eam iterum non cogantur foris coram Episcopo, vel eius Vicario emittere, quia verum est dicere istos fecisse professionem coram Episcopo, vel eius Vicario, & in Capitulo, ut Concilium requirit, ita per *sacram Congreg. decisis fuisse in una seguntina* refert *Nicol. Garcia d. capit. 3. numero 24.*

18 Sede Episcopali vacante huiusmodi professio non sufficit fieri coram Capitulo, sed coram eius Vicario, nam licet Capitulum succedat in iurisdictione Episcopi, & fungatur vice illius, ut saepe dixi, tamen cum iurisdictione Episcopalis administratur per Vicarium, magis per eum representatur Episcopus, quam per Capitulum, praecipue cum Concilium omnino velit iurisdictionem administrari per Vicarium, & non per ipsum Capitulum, ita *Nicol. Garcia d. capit. 3. numero vigesimo septimo*, ubi numero 28. tenet prouisum de beneficio curato debere facere professionem coram Vicario Capituli sede vacante, & non coram Capitulo.

19 Dubium in hac materia est non contemnendum an Beneficiarius, qui dictam professionem emittere tenetur, eam per procuratorem facere queat, quando per se ipsum non potest? In quo negatiuam partem tuetur *Stephan. Gratian. discept. forens. capit. 166. numero vigesimo secundo*, & pro ea *Sacram Congreg. censuisset* referunt additio *Nauarr. cons. 11. sub tit. de iureiuran. v. golin. d. §. 16. numero 1.* & tenuisse *Rotam* attestatur *Nicol. Garcia d. p. 3. capit. 3. numero 75.*

20 Verum si rigorem iuris spectemus contraria opinio recipienda est, videlicet, quod per procuratorem praefata professio praestari possit, cum regulariter quicumque potest aliquid facere per semetipsum, potest illud facere per procuratorem, nisi lex vel canon aliter constituat *l. 1. ff. de procurator. capit. qui per alium, & capit. potest quis, de regulis iuris in 6.* quare ita tenent *Nauarr. d. cons. 11. numero secundo*, quod erat in antiquo *cons. 4. numero secundo*, sub tit. de Summ. Trinit. Petr. de Ledesma d. cap. 4. post. 10. conclus. diffie. 6. Azor. d. cap. 2. quest. 6. praxis Episcop. p. 2. verbo Fidei professio. Sanchez. d. cap. 5. num. 7. Campan. d. cap. 3. num. 19.

21 An haec Fidei professio credatur emissam, si pars dicat illam fecisse? questio est praesentis institui:

in qua affirmatiue est respondendum, dummodo collatio beneficii sit decennalis per ea quae resoluunt *Flamin. de resignat. lib. 3. quest. 6. num. 74.* & in proprijs terminis *Campan. d. capit. 3. a numero 24. Aloys. Ricci. in praxi fore ecclesiast. decis. 681. in 1. edit. & resolut. 580. in 2. edit.*

22 Predicti omnes prouisi, qui a die adeptae professionis ad minus intra duos menses dictam Fidei professionem non emisierint, fructus non faciunt suos, nec illis possessio suffragatur, haec *Concil. Trident. d. capit. 12.* Circa quae aduertendum est, quod Fidei professionem, qui intra dictos menses, ut tenetur, non fecit, post illos quamprimum potest facere obligatur, quia iste terminus duorum mensium non ponitur ad finiendam obligationem sed ad differendam executionem ex. *reg. capit. cum dilectus*, ubi *Abb. numero 12. de dolo & contum. & l. Celsus. ff. de rebus arbitr. quare ita tenent, Nauarr. cons. 11. numero 1. sub d. tit. de iureiuran. Flamin. d. quest. 9. a numero 13. Sayr. sub d. tit. de summa Trinit. decis. 4. Nicol. Garcia d. p. 3. capit. 3. numero 29. & 30.*

23 Qui etiam resoluunt quod professio post praedictos duos menses facta ad fructus temporis praeteriti quarendos huiusmodi prouisi non prodest, quamuis sic ad quarendos temporis futuri, quia regulariter semel ipso iure, perdita ipso iure non quaruntur, *capit. quam periculosum 7. quest. 1. l. qui res §. arcam ff. de solution. quod quidem est intelligendum de decursis post lapsum duorum mensium, non vero de decursis in ipsis duobus mensibus, nam siue faciant professionem postea, siue nunquam eam faciant, Concilium non priuat fructibus decursis illis duobus mensibus, sed in posterum decurrendis, ut aduertit *Nicol. Garcia d. capit. 3. numero 31.* dummodo faceret primam residentiam, & emitteret Fidei professionem, nam si absens semper fuisset antequam primam faceret residentiam, etiam ex iusta causa, cum non emisisset professionem, non potest haberi pro praesente, nec fructus & distributiones lucratur, etiam pro illis duobus mensibus, ut tenuit *Rota in una Oueten. mercedis, Luna 12. Decemb. 1605. coram Reuerendiss. Dom. meo Cocceio Rota Decano*, quae est impressa post tract. de distribut. quotid. *Alexandri Moneta.**

24 Non potest enim Capitulum habere pro praesentibus dignitates, vel Canonicos, qui nunquam in Ecclesia residerunt, & Fidei professionem nondum emisierunt, ut censuit *sacra Congregat. teste Garcia d. capit. 3. numero 51. in fin.*

25 Et terminus ille duorum mensium datus ad faciendam professionem, non currit prouiso, qui non accepit possessionem, quamuis per eum stet quominus illam accipiat. *Nicol. Garcia d. cap. 3. num. 32.*

26 Verba illa *Concil. Trident. in d. cap. 12.* ibi, nec illis possessio suffragetur, excludunt prouisos quoad fructuum perceptionem, non autem quoad titulum, & proprietatem, ita *Nau. cons. 7. & 8. sub d. tit. de iureiur. Flamin. lib. 8. quest. 9. num. 122. Nicol. Garcia d. cap. 3. n. 33. Azor. d. cap. 2. §. 3. Sanchez. d. cap. 5. num. 8. 9. & 12. v. golin. d. §. 16. n. 4. Sayr. decis. 6. sub tit. de verb. signif. Campan. d. rub. 8. cap. 3. num. 17. resoluentes praedictos regula de annali le tueri non posse ad fructus retinendos, nec longissimam possessionem illis prodesse quoad dictos fructus percipiendos, quamdiu professionem non emisierint, ut censuit *sacra Congreg. in decisione relata per Flamin. d. num. 122. & Nicol. Garcia d. cap. 3. num. 34. & resolut.**

uant Frat. Emman. in summ. tom. 1. capit. 119. numero septimo. Aloys. Ricci. in decisionibus Curie Archiep. Neapolit. decis. 320. numero undecimo par. 1. & refert Prosper. de Augustino in addit. ad Quarantam in summ. bullary, verbo beneficiorum possessio, littera B. in fine, Sacram Congregat. Concilij censuisse scribendum esse ad Nuncium Hispaniarum, ei qui professionem Fidei non emisit, possessionem non suffragari quo ad faciendos fructus suos tantum: quoad ceteros autem effectus commodo possessionis, & ceteris iuribus, si quæ habet, non priuari, ac alias declarasse omissionem professionis Fidei non priuare Canonicum alijs possessionis effectibus, sed ipsum, & vocem in Capitulo, & ius procedendi habere à die adeptæ possessionis, nisi aliud obstat.

28 Intra dictos duos menses Fidei professionem non emittentes ita fructus suos non faciunt, ut in conscientia teneantur illos restituere, etiam non interueniente aliqua sententia, quia Concil. ait, qui eam omittunt fructus non facere suos, ergo fructuum ius, & dominium acquirere iure non possunt, ita Azori. d. capit. 2. quest. 1. in fine, Nicol. Garcia d. capit. 3. numero 35. Vgolin. d. paragraph. 16. numero quarto, quamuis probabilius esse non teneri restituere, donec condemnentur, seu sequatur sententia declaratoria, tunc autem Nauarr. cons. 3. numero primo, sub titul. de summ. Trinit. in prima edit. & cons. 12. numero primo, sub titul. de iureiur. in secunda edit. Frat. Emman. quest. Regul. tom. 2. quest. 72. artic. 3. Sanchez d. capit. 5. numero decimo, dicentes decretum illud Concilij esse pœnale, ac proinde etiam si pœnam ipso iure irroget, non obligare in foro conscientia.

29 Verum si per ignorantiam, incogitantiam, vel inaduertentiam non fecerunt Fidei professionem intra prædictos duos menses, quamuis in foro exteriori non excusentur, quia est ignorantia iuris clari, in foro tamen interiori, & quoad Deum excusantur, ita ut ad restitutionem fructuum in foro conscientia non obligentur, quia huiusmodi lex iuste ignorari, vel saltem memoria excidere potest, & ubi quis contra legem præcipientem, vel prohibentem aliquid fieri, sine culpa facit, pœnam non meretur, quare ita resoluunt Frat. Emman. dicto capit. 119. numero septimo in secunda editione, & consil. 4. numero tertio, & consil. 7. numero secundo & tertio, & consil. 11. numero tertio & consil. 12. numero secundo, sub titulo de iureiur. in secunda edit. Azori. d. capit. 2. quest. 2. Flamin. dict. libro decimo, quest. 9. numero octauo cum sequentibus, Lali. Zechi. de Republ. ecclesiast. titul. de benefic. & pension. capit. 9. numero tertio versic. requiritur etiam, Sanchez d. capit. 5. numero decimo tertio, Nicol. Garcia d. capit. 3. à numero 66. Aloys. Ricci. d. decis. 220. numero octauo par. 1. Vgolin. dicto §. 16. num. 5. Prosper. de Augustino ubi proxime, versic. inter alia, Sorb. in compend. Mendicant. verbo professio Fidei, not. 2. Molina de iustit. tract. 4. disput. 71. numero octauo.

30 Distributiones tamen huiusmodi prouisi, quamuis professionem non emisierint, acquirunt, & faciunt suas, quoniam dantur ratione ministerij, & operæ personalis, ita resoluunt Azori. d. capit. 2. quest. 3. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 166. numero vigesimo secundo. Alexand. Moneta de distribution. quorund. par. 1. quest. 6. & 7. & Sacram Congregat. sic censuisse referunt Vgolin. d. §. 16. numero quinto versic. secunda, Prosper. de Augustino ubi proxime, Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. §. 6. proam. nu-

mero 170. Aloys. Ricci. in collect. decis. collectan. 1451. versic. insertus sexto, Galett. in margarita casuum conscient. verbo profecti 2. Nicol. Garcia dicto cap. 3. num. 60. Campan. dicto capit. 3. numero 18.

31 Ex dictis opportunè quæri poterit, cui sint assignandi, & applicandi fructus amissi ob non factam professionem Fidei, cum id Concilium non determinet? Respondebitur eos esse impendendos, vel in vltus pauperum, vel in fabricam Ecclesiæ, sicut fructus eorum, qui non resident, per Concil. sess. 23. de reformat. capit. 1. versic. si quis autem, ita Azori. d. capit. 2. quest. 3. Vgolin. d. §. 16. numero quarto in fine, Sanchez d. cap. 5. numero decimo ad finem, & loquendo de Parochis firmant Euseb. de visitat. libro secundo capit. 13. numero quarto. Zechi. de beneficijs, & pensionibus, capit. 13. numero quarto versic. quod si Parochiales, Flamin. d. libro decimo quest. 9. num. 123. & 124. Nicol. Garcia d. p. 5. capit. 3. numero 36. In dignitatibus vero habentibus fructus distinctos, & separatos à mensa capitulari videtur quod amissi ob non factam professionem sunt restituendi, & applicandi fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, aliàs alteri pio loco arbitrio Ordinarij per Concil. Trident. sess. 22. de reformat. capit. 3. resoluunt idem Nicol. Garcia d. capit. 3. numero 30. At in Canonicis, & dignitatibus habentibus fructus in mensa Capitulari, videtur amissos ob non factam Fidei professionem ad Capitulum spectare, sicut fructus non residentium, aut excommunicatorum, idem Garcia dict. cap. 3. num. 40. vbi à num. 42.

32 Dicit, quod debens fructus non potest se componere cum Capitulo, soluta aliqua parte, & à numero 53. refert Sacram Cardinalium Congregationem censuisse Ordinarium non posse condonare fructus amissos ob non factam Fidei professionem.

S Y M M A R I U M.

- 1 Beneficia simplicia plura obtineri non possunt, sed vnum tantum singulis conferendum, vel ad summum duo, quando primum ad honestam non sufficit sustentationem.
- 2 Beneficia simplicia obtinens vnum, quod sufficit ad honestam sustentationem, peccat mortaliter.
- 3 Beneficij secundi sufficientis habita possessione vacat primum sufficiens per sententiam, nisi sit magna beneficiorum concervatio, quia tunc vacabit ipso iure.
- 4 Beneficium simplex insufficiens habenti, quod residentiam non requirat, licet aliud curatum conferre.
- 5 Episcopus potest secundum beneficium conferre illi, cui primum ad eum honeste sustentandum non sufficit.
- 6 Beneficia duo simplicia, quando vnum sufficit ad vitam clerici commode sustentandam, ex indulgentia, & auctoritate Episcopi nullus potest habere.
- 7 Beneficium potest Episcopus conferre habenti iam in pensionibus ecclesiasticis sufficientem sustentationem.
- 8 Consuetudo ut possint retineri duo, vel plura beneficia simplicia, quorum ad victum sit vnum sufficiens, non est seruanda.
- 9 Consuetudo Hispania non tuta indicatur in conscientia, secundum quam Ordinarij conferunt omni plura simplicia, quamuis vnum sit sufficiens ad congruam sustentationem.